Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



75

et tanta mercandi habent uaesaniam.
ut occupatio hunc urbe romano inter
gladios & miserorum neces quaerant di
uitias & paupertatem periculis fugiant;
istius modi homines negotiatores tyri
sunt. qui polymita purpuram & scutulata
mercantur. Byssum quoq; & sericum &
chod chod proponunt in mercatu eius;
pro purpura quam omnis inter praelati
sunt. stacten id est guttam septuaginta
transtulerunt. chod chod autem quid signi
fice & usque in praesentiarum inuenire non
potui; aiunt hebraei omnis praeciosissimas
merces hoc nomine significari. uel spe
ciem quandam esse praeciosarum mer
cium quam romanus sermo non reson & uel
communi uocabulo scruta uendentium;
de multis autem insulis ut transeamus ad
ANAGOGEN
ANATWTHN quae salsis & amaris huius
seculi tunduntur fluctibus; dederunt nego
tiatores DADAN dentes eburneos can
dorem eloquentiae pollicentes. de
quibus scriptum est. ad omnibus eburneis